

Prima pars Consil. Panormic.

quando Iesus ibi fecit de aqua vinum, & hæc vltima expositio vñ magis propria, & consentanea vulgo, vñ de est vulgare quorundam locorum, vbi dicitur le nozze, & sic sedit Gal. de cal. super rubr. de spon. Scdm præsuppositum est quod verbu matrimonium, seu coniugiu quadoq; verificatur in matrimonio contracto per verba de presenti, & carnali copula nõ dñ interueniente. Et vulgariter dicunt spõsalia p verba de presenti, & sic solent nuncupari a multis nondũ ad domũ viri vxore traducta, vt clarissime apparet. in c. sicut ex literis, extra de spon. & clarius in tertio loco. de psump. cũ si. quadoq; solum verificatur verbum matrimonii, seu verbu vxoris, & mariti in coniugio carnali copula consummato, vt probatur in c. debitum. de biga. in prin. & in c. ex publico, de conue. coniug. & elegantius probatur. in c. si quis despõsata. 27. q. 2. vbi dicitur, si quis desponsata & tradita vxore, vere cõiugium appellatur, ad idem c. qua propter ead. cau. & q. vñ de surgit hic diuersitas, quæ satis colligi potest ex allega. & nõ. in d. c. quapropter. per d. c. debitum. & per glo. in d. c. ex publico. sæpẽ alle. His præsuppositis, infero ad decisionem quõnis nostræ hoc modo, cum uerbum uxoris, & uerbu maritus uerificentur, & uerificata reperiunt post matrimonium cõsummatu, & nõ antea, & maxime uerbu nupta, qd proprie adaptatur saltẽ ad illa quæ solẽniter ducitur. Ergo hæc interpretatio scripta fienda est in casu nostro. Antecedens sup. plene probatum fuit, consequens aut apertissime sic probõ, iusta cã restringẽdi statutu est, quado simpliciter & late intellecto quis indẽbitẽ lucrum caperet, uel alter dãnum pateretur. Primũ notabiliter probat. in l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hon. & c. abbate. de uerbo. signi. Scdm probat. in l. ii. & l. adigere. §. quamuis. de iure patr. & qd ibi nõ. & l. fi. §. in cõputatione. C. de iud. delib. & utrum quelongẽ melius q̃ alibi probatur. in c. cum dilectus. de cõfue. ibi consuetudo probata, quæ iure communi non præiudicet. vbi nõ solum restringuntur verba statuti ad intellectum, quodammodo extraneum, sed & multum a lõge verbis adaptabile, vñ de uerbum electio relatum ad quosdam capitur pro confirmatione, & hæc theorica firmavit etiã Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Ad idem vbicunq; statuta sunt pœnalia, quæ satis dicuntur pœnalia, ex quo diminuunt patrimonium alicuius, vt nõ. lo. And. in d. c. i. de elec. lib. 6. verba debent restringi, vt non capiant illum intellectum, quem caperet scdm latã significationẽ uerborũ. hoc probatur. in c. cũ in cunctis. de elec. iuncto c. si compromissarius. c. ti. lib. 6. & p. Io. An. in reg. odia. de reg. iur. lib. 6. in mercu. facit quod ipse nõ. in c. statuta. de elec. lib. 6. Sed cum in casu nostro nõ solum distributiue, sed collectiue oia hæc supradicta interueniant, ergo debet fieri prædicta restrictio, qd patet. Nam iste vir illicite, & nulla iusta cã exigit caperet hic medietatẽ dotiũ, licet matrimoniu nõ cõsummauerit, nec solẽniter sponsam ad domum duxerit. Itẽ hæc redẽs puellẽ paterent graue damnũ ex illa larga interpretatione. Item præiudicaretur iuri cõi, cũ debeat soluto matrimonio dos redire ad mulierem, vt in c. i. de do. post diuor. restitutum multis fi. & præfatto statuto debeat accomodari ille intellectus, cum omnis recessus a iure communi sit odiosus, & ideo restringendum, vt in cap. 1. & 2. de fil. presby. lib. 6. & d. c. cum dilectus. ad idem notabile dictum Inn. in c. cum dilecti. de don. vbi dicit qd priuilegia, in quantum tangunt iura concedentium, late interpretantur, vt in c. olim. de verb. sig. & l. fi. de consti. prin. sed in quantum tangunt iura aliorum strictẽ, vt in c. ex tuarum. de auth. & vsu pal. & idem lo. An. in d. c. olim. & adduco tex. in l. 2. §. si q. a principe. ff. ne quid in loco public. Ergo hoc statutum cũ sit tale, etiam si sit priuilegiatum, debet strictẽ intelligi in præiudicium hæredum puellẽ, & maxime si considerabimus causam, statutum hoc odiosum iudicabitur sine causa, scdm illum vagum intellectum, quo ad disparitatem inter sponsum & sponsam, seu virum & mulierem. cum viro præmortuo, maxime ante traductionem & consummationem mrimonii nullũ lucru cõsequitur mulier, nec sustinuit vir aliqua onera mrimonii, cõtra profecto mètẽ l. fi. C. de don. ante nup. & c. fi. de don. inter virũ & vxõ. Secundo principaliter in hanc insiam me mouet etiã mens statuti, quæ multifariẽ colligitur. Primo ex principio ipsius, dum dicit, deceferit sine filiis & c. quæ referuntur ad illa verba, tempore sui obitus deceferit sine filiis, quod patet ex se, & theorica Bar. in l. ex factõ. ff. de vul. & pup. vbi dicit qd qualitas adie-

ta in aliqua oratione intelligitur secundum tempus uerbi, cui adicitur. pro hoc glo. nõ. in c. statutum. in prin. c. in ver. canonicis. in fi. quæ sic debet intelligi. de refer. lib. 6. Ex quibus profecto uerbis uidentur statuentes de muliere intellexisse, quæ erat in statu & potentia sui obitus faciendi filios, hæc enim uerba, sine filiis & c. includunt in se priuationem filiorum, & includunt in se habilitatem, & potentiam actus seu habitudinis filiorum, & notabiliter probatur in simili. in l. i. ff. de suis & legi. vbi per Bar. in uerli. intestatus. sed in casu nostro hæc mulier tempore obitus, non erat in tali statu & potentia, cum non fuisset adhuc ducta in domum uiri. Ergo clarissime patet qd illa uerba statuti non verificantur in ea, maxime cum per eam quominus duceretur non steterit, arg. c. sicut ex literis. de sponfa. Est etiam aduertendum, qd in omnib. additionibus factis ad illud statutum super filiorum commemoracionẽ, ex coniecturis presumitur euidenter mens statuentis. licet. ff. de leg. i. Tertio pondẽro principaliter illa uerba, ex viro cui nupta est & c. Nam proprie secundum communem usum loquendi, qui cõtra ita sponfalia per uerba de presenti, antequam ducat mulierem ad domum suam, non dicitur uir illius mulieris, nisi ex consuetudine quorundam locorum, vt probatur. in c. genuit. 27. q. 2. vbi dicit Hiero. cum audies Ioseph uirum Mariæ, suspicio tibi non subeat nuptiarum. i. coniugationis carnalis, sed recordare consuetudinis scripturarum, qd sponfi uiri, sponsa uocantur vxores, & infra aperte sentit, vbi etiã Hiero. qd contrahens per uerba de presenti, sicut contraxit beata Virgo cum Ioseph, proprie dicitur potius sponsus qd uir, ex quo adhuc non est ducta, sed uocatus fuit Ioseph uir propter consuetudinem scripturarum. pro hoc illud c. sicut ex literis. & c. ult. de spon. vbi appellantur sponfalia de presenti, & per hoc qd ante traductionem alter potest altero in uito intrare religionem, & dissoluere matrimonium, vt supra dixi. Ergo nõ potest dici stricte uir suus, scilicet de proprio significato. Illud tamen in circumstantiis est uerum, & hoc uerbum, uir, & mulier, sæpẽ ponuntur pro eo, qui consummatum matrimonium, & maxime ex communi nostri temporis consuetudine, ergo iste intellectus debet in animo nostro restringibiliter capi, per ea quæ superius dixi, & per reg. odia restringi. de reg. iur. lib. 6. Et quia ita uita debet reduci ad ius commune quantum fieri potest, vt probatur. in c. cum dilectus. de consue. l. 2. C. de noxali. nõ. Inno. in c. causam quæ, de rescrip. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Item statutũ dicit nupta, & plenissime de hoc uerbo dixi sup. in prin. Item dicit apud maritũ & c. Sed in multis locis, & scriptis appellatur sponsus, antequam traducat, & non maritus, vt sup. plene alle. & d. c. genuit. & maxime attenda consuetudine huius ciuitatis, & ferẽ omnium locorum in quibus fui, secundum quam appellatur sponsus, etiam illa die qua solẽniter duxit in domum, donec consummaret matrimonium, & communis usus loquendi attendendus est etiam in statutis: quia in qualibet dispositione, communis usus loquendi præfertur proprie significationi uocabuli, etiam in materia restringibili, vt nõ. lo. An. in c. fundamenta. de elec. lib. 6. & Barto. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Inno. in c. olim. de uerbo. significa. & glo. in c. nonnulli. de rescrip. iura hoc probantia non allego: quia copiose allegantur in dictis locis. Vlti. adduce pulchrum motium quod alicui ex dictis Petr. & Cyn. principaliter. in l. non dubium. C. de legi. & facit quod ibi nõ. Bald. & in l. scire. ff. de excu. tut. & in l. si quis seruo. C. de fur. & seru. corru. & per Dy. in reg. fi. de regul. iur. lib. 6. Quod motiuũ tale est, non solum debemus recedere a uerbis legis, & seruare mentem, vbi mens expressa est, sed etiam vbi mens, seu ratio non est in lege expressa, dummodo illa ratio præfinita sit naturalis, & naturaliter, & communiter possit probari per simile, per quam rationem etiam si lex esset contraria, contrarium imaginari potest, & notabiliter probari potest per l. scire oportet. §. sufficit. de excu. tuto. dum dicit ibi text. ex ipsa naturali iustitia. Ad idem l. mulier. iuncta glo. ff. solu. matri. vbi coniecturatur mens contra ipsius uerba. Ad idem de uerborum significato. cap. intelligentia. & 1. quæstio. 1. marchioni. & l. scire leges. ff. de legi. Nam & notabiliter dicit Bald. sicut homo constat non solum ex anima, sed & corpore, ita lex ex mente seu ratione, & uerbis, & uerba se habent, vt corpus & superficies. Ratio autem se habet, ut spiritus & anima, & hæc magis debet